

redit ad seculum, ut canis ad vomitum, et fit error posterior
 pejor priore, aut, si in congregatione remanet, lumine scientie
 aut virtutum claritate privatus, fit inquietus et onerosus om-
 nibus, cum quibus moratur. qui autem adversus illos fortiter et
 5 perseveranter dimicaverit, ad extremum erigat sibi, sicut solent
 preliantes et victoriam consecuti fornicem, id est, arcum trium-
 phalem, victorie indicem. erectio fornicis est assidua meditatio
 patrie celestis, amor superne visionis et adhuc, licet in corpore
 mortis, pregustatio quedam future dulcedinis. hoc autem per
 10 Spiritum sapientie nobis infunditur, per quem, devicta prorsus
 malitia, sapor mali, qui animum occupabat, excluditur, et
 sapientia, videlicet sapor boni, intromittitur, ut id solum sapiat,
 quod bonum est; id solummodo libeat, quod sanctum est; hoc
 tantum placeat, quod justum est. nunc quidem in executione
 15 pii operis, postmodum vero in perceptione beate retributionis,
 cum perficietur in nobis sapientia, que in altissimis habitat, nec
 plenarie vel perfecte potest haberi in hoc seculo, sed in futuro,
 ubi Deus erit omnia in omnibus, cujus etiam hodie in apostolis
 et plebe credentium Spiritum Sanctum pignus accepimus. ad
 20 cujus plenitudinem capessendam sanctificatione ejusdem sui
 Spiritus nos aptare dignetur ipse, qui est virtus et sapientia
 Dei Patris Dominus noster.

Übersicht des Inhaltes.

Vorbemerkung S. 1. — Die Handschrift S. 2. — Verzeichnis der Predigten
 und ihrer Anfänge S. 3. — Das Entstehen der Sammlung S. 14. —
 Ort und Zeit S. 15. — Priester Hermann S. 16. — Seine Auffassung
 vom Predigen S. 17. — Verhältnis zum Ordensleben S. 19. — Gelehr-
 samkeit S. 20. — Das Vorbild Bernards von Clairvaux S. 21. —
 Technik, Stilmittel, Wortschatz S. 23. — Beispiele der Redekunst
 S. 24. — Bedeutung S. 25. —
 Proben: Sermo de Ascensione S. 28. — Sermo in Adventu Domini 1172
 S. 34. — Sermo in Ascensione Domini S. 39. — Sermo in festo Pente-
 costes S. 44.